



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 24. Gratiani Leges.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. serat. Sed tanta erat Gratiani lenitas
 A. C. 375. ut id factum fuisse nunquam conuenienter
 auditus sit, semperque fratrem suum jo-
 niorem habuerit, ut filium. Itaque Im-
 perium Occidentis inter se diviserunt,
 Valentiniano Italia, Illyricum, & Africa
 cesserunt, Gratiano Galliæ, Hispania, &
 Britannia, qui autem, quamdiu vixit, to-
 tum Occidentem gubernavit, & omnes
 leges, quæ in Occidente usque ad Valen-
 tis mortem emanarunt, ex urbibus, ubi
 Gratianus residebat, nempe Treviris, aut
 Moguntia, datae sunt, tanquam ipso solo
 ferente, quamvis, usu ita poscente, trium
 Imperatorum Valentis, Gratiani, & Ve-
 lentiniani nomina præponantur.

§. XXIV.

Gratiani Leges.

L. IV. Cod. Duas Gratiani Leges habemus, quæ Bo-
Theod. de hær. num Ecclesiæ respiciunt, Treviri
 anno sequente 376. Valente quinto, &
 Valentiniano júniorē primo Consulibus
 datae. Prima est contra Hæreticos, &
 iterato eorum Conventus prohibet, atque
 præcipit, ut loca omnia, ubique sive
 in urbibus, sive ruri, Religionis causa
 altaria erexerint, Fisco adjudicentur. Al-
 tera Gratiani lex ad judicia Ecclesiastica

L. 22. Cod. spectat, & statuit, causas leviores, ad Re-
Theod. de Epist. ligionem pertinentes in ipsis locis a cu-
 ibi Gothof. juslibet Diœcesis Conciliis judicari de-
 bere,

bere, at causas criminales judicibus Sæcu- Sæculum IV.
laribus esse reservandas. Lex ista ad plu- A. C. 375.
res Episcopos directa est, quorum aliqui
nominantur, ex quo colligitur, tunc quod-
dam Concilium in Galliis fuisse congre-
gatum. Cœterum Diœcesis nomine non
est accipiendum sicut hodie unius urbis
Episcopaloris jurisdictione, sed magna Regio
plures Provincias continens, uno Prima-
te seu Patriarcha Præsidente. Creditur
itaque illud, quod lex vocat judicium in
ipsis locis, esse judicium Episcopi cum
suis Clericis, & quod Concilium cuius-
que Diœcesis dicitur, esse judicium mul-
tarum Provinciarum congregatarum, cu-
jus rei in Gallia, Hispania, & Africa ha-
bemus exempla diversa.

Interim Valens post fratribus mortem *Hier. Chr.*
liberius Catholicos persecutus est, & in *an. 376.*
Orof. VII.
odium Monachorum, quos Doctrinæ Ca-
tholicæ fortissimos Defensores sciebat, *v. Pagi. an.*
c. 33.
legem promulgavit, qua præcipiebatur, *375. n. 10.*
ut Monachi militiæ nomen dare cogeren-
&c.

tur. Mittuntur Tribuni cum copiis in
Ægypti deserta, ubi Sancti Eremicolæ non
modico numero fuere interficti; in alias
provincias quoque progressus est furor,
præsertim in Syriam, ibi enim statim post
festa Paschalia, verosimiliter anni 376.
Monachorum cellulas hostiliter invale-
runt, opera exusserunt, ipsos in fugam *Bas. ep.*
200.
disperserunt.

Gratia-

Sæculum IV. Gratianus, Gentilibus vestes Summi
A. C. 375. Pontificis afferentibus, accipere noluit,
Zof. lib. 4. dicens, non licere Christiano has ger-
p. 761. l. 30. re; hunc titulum tamen ei, sicut & alii
v. Pag. ann. Imperatoribus etiam post Constantimum,
312. n. 15. dederunt, quod in inscriptionibus visitur,
16. &c. necdum enim Imperatoribus Christianis
Hier. epist. maturum videbatur, omnes Ethnicorum
7. ad Læt. usus suppressare. Sub initium tamen
Prud. adv. Regni Gratiani Grachus, urbis Romana
Symm. l. V. Praefectus, ad Idololatriæ ruinam omnes
562. vires contulit, cavernam Mithræ evertit,
 Idolorum monstra, quæ ibi tegebantur,
 confregit, & combusxit.

§. XXV.

Apollinaris damnatio.

v. Pag. ann. Petrus Episcopus Alexandrinus Ariano-
rum violentia Sede sua pulsus, & ex-
373. n. 2. Theoph. an. inde Romæ moratus, circa id temporis
366. p. 53 Concilio interfuit, a Damaso Papa cele-
Hier. Chron. brato, in quo Apollinarem, & Timotheum
an. 376. So- zom. VI. c. Discipulum ejus, qui se Episcopum Al-
25. Ep. Da-xandrinum dicebat, damnavit, & depo-
misi. II. to. 2. fuit. Tunc primo Hæresis Apollinaris
Conc. p. 866. damnata, qui in hoc maxime errabat,
ex Theod. V. quod diceret, JESUM Christum non ha-
hist. c. 10. Epiph. hær. buisse humanum intellectum, nempe id
77. Dimær. quod apud Græcos Noos, & Latinis Mens
Greg. Naz. dicitur, sed tantum carnem, nempe cor-
1. ad Cled. orat. 51. p. pus, & animam sensitivam, Brutis com-
 munem; ei vero pro intellectu Divi-
 nitatem